

Preface of the Blessed Virgin Mary

Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus. Et te in Conceptione Immaculata beatæ Mariæ semper Virginis collaudare, benedicere, et praedicare. Quae et Unigenitum tuum Sancti Spiritus obumbratione concepit: et virginitatis gloria permanente, lumen aeternum mundo effudit, Iesum Christum Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Coeli, coelorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas deprecamur, supplicii confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in the Immaculate Conception of the Blessed Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only begotten Son by the overshadowing of the Holy Ghost, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, and the Powers stand in awe. The Heavens and the heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with these we entreat Thee that Thou mayest bid our voices also to be admitted while we say with lowly praise:

COMMUNION Ps. 84. 13

Gloriosa dicta sunt de te, Maria: quia fecit tibi magna qui potens est.

Glorious things are told of thee, O Mary, for He who is mighty has done great things unto thee.

POSTCOMMUNION COLLECT

Sacramenta quae sumpsimus, Domine Deus noster, illius in nobis culpae vulnera reparent; a qua Immaculatam beatæ Mariæ Conceptionem singulariter praeservasti. Per Dominum nostrum.

May the Sacraments which we have received, O Lord, our God, heal in us the wounds of that sin, from which Thou didst alone preserve the Immaculate Conception of Blessed Mary. Through our Lord.

Sunday Social

Our next monthly potluck social will be held Sunday January 5th after Mass in the Msgr. Thomas H. Smith Social Hall.

Mass Intentions

12/08/19 Intentions of DiCamillo Family requested by Michael & Carina DeBakey
12/11/19 Intentions of Joseph Cunningham Family
12/15/19 Deceased Members of Lynch & Kenia Families requested by Ed & Andrea Ostrowski

ST. JOSEPH CATHOLIC CHURCH TRADITIONAL LATIN MASS



ST. JOSEPH CATHOLIC CHURCH
440 Saint Joseph St. Lancaster, PA 17603
Rev. Allan F. Wolfe, Pastor

Rev. Pang J. S. Tcheou, Celebrant
fathertcheou@gmail.com 717.653.4903
625 Union School Road Mount Joy, PA 17552

lancasterlatinmass.com/

facebook.com/lancasterlatinmass/

Confessions: 12:45 P.M. to 1:15 P.M. before the Holy Mass

December 8, 2019 Immaculate Conception of the Blessed Virgin Mary 1:30 pm High Mass

INTROIT Is. 61. 10

Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: et indumento iustitiae circumdedit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis. Psalm 29:2 Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasi inimicos meos super me. Gloria Patri. Gaudens gaudebo in Domino...

I will greatly rejoice in the Lord, and my soul shall be joyful in my God: for He hath clothed me with the garments of salvation, and with the robe of justice He hath covered me, as a bride adorned with her jewels. Psalm 29:2 I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. Glory to the Father. I will....

COLLECT

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: quaesumus; ut qui ex morte eiusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos eius intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum.

O God, who by the Immaculate Conception of the Virgin didst prepare a worthy dwelling place for Thy Son: we beseech Thee, that as by the foreseen death of the same Thy Son, Thou didst preserve her from all stain, so Thou wouldst grant unto us also, through her intercession, to come unto Thee with clean hearts. Through the same our Lord

EPISTLE Prov. 8. 22-35

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi et ego iam concepta eram: necdum fontes auarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terrae. Quando praeparabat caelos, aderam: quando certa lege et gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines sus; quando appendebat fundamenta terrae. Cum eo eram cuncta componens: et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, et deliciae meae esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii, audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

The Lord possessed me in the beginning of His ways, before He made anything, from the beginning. I was set up from eternity, and of old, before the earth was made. The depths were not as yet, and I was already conceived; neither had the fountains of waters as yet sprung out; the mountains with their huge bulk had not as yet been established: before the hills I was brought forth; He had not yet made the earth, nor the rivers, nor the poles of the world. When He prepared the heavens, I was there; when with a certain law and compass He enclosed the depths; when He established the sky above, and poised the fountains of waters; when He compassed the sea with its bounds, and set a law to the waters that they should not pass their limits; when He balanced the foundations of the earth; I was with Him, forming all things, and was delighted every day, playing before Him at all times, playing in the world: and my delight is to be with the children of men. Now therefore, ye children, hear me: blessed are they that keep my ways. Hear instruction, and be wise, and refuse it not. Blessed is the man that heareth me, and that watcheth daily at my gates, and waiteth at the posts of my doors. He that shall find me, shall find life, and shall have salvation from the Lord.

GRADUAL Jud. 13. 23; 15. 10

Benedicta es tu, Virgo Maria, a Domino Deo excelso, prae omnibus mulieribus super terram. V̄. Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

Blessed art thou, O Virgin Mary, by the Lord the most high God, above all women upon the earth. V̄. Thou art the glory of Jerusalem, thou art the joy of Israel, thou art the honor of our people.

ALLELUIA Cant 4. 7

Allelúia, allelúia. V̄. Tota pulchra es, María: et macula originális non est in te. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V̄. Thou art all fair, O Mary, and the original stain was never in thee. Alleluia.

GOSPEL Luke 1. 26-28

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

At that time: The Angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth, to a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David: and the virgin's name was Mary. And the Angel being come in, said unto her: Hail, full of grace, the Lord is with thee, blessed art thou among women.

OFFERTORY Luke 1. 28

Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Hail Mary, full of grace; the Lord is with thee; blessed art thou among women.

SECRET

Salutarem hostiam, quam in solemnitate Immaculatae Conceptionis beatae Virginis Mariae tibi Domine offerimus, suscipe et praesta: ut sicut illam, tua gratia praeveniente, ab omni labe immunem profiteamur; ita eius intercessione a culpis omnibus liberemur. Per Dominum nostrum.

Receive the saving Victim we offer to Thee, O Lord, on the solemn feast of the Immaculate Conception of the Blessed Virgin Mary: and grant that, as we confess that by Thy preventing grace she was kept free from every stain of sin; so, by her intercession, we may be delivered from all our offenses. Through our Lord.